

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 7404

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Valmont, Notre-Dame (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1177-1189]

**Lieu d'émission :** Tours

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation générale des biens appartenant à l'abbaye de Valmont.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCCXXV, t. 2, p. 347-349.

## Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 347. Souscription de Guillaume Fils de Raoul, sénéchal de Normandie, nommé probablement en 1177.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, [et] comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius terre sue, salutem.

Sciatis me dedisse et presenti charta mea confirmasse, pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum, Deo et abbacie Sancte Marie de Walemont et monachis ibidem Deo servientibus in perpetuam elemosinam ecclesias meas de proprestura foreste de Lislebona et triginta septem acras terre de eadem proprestura, scilicet ecclesiam Sancti Egidii cum capella Sancti Thome et cum omnibus aliis pertinentiis suis, juxta quam ecclesiam predicta terra est ; ecclesiam Sancti Blasii de Parco cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam Sancte Marie de Hertereio cum omnibus pertinentiis suis ; ecclesiam Sancti Johannis de Nova Villa cum omnibus pertinentiis suis. Sciatis etiam me concessisse et hac eadem charta mea confirmasse predictae abbacie omnes donationes ecclesiarum et terrarum et hominum et elemosinarum que eis rationabiliter facte sunt tam in rebus ecclesiasticis quam in possessionibus mundanis, scilicet: Ex dono Roberti de Stutevilla quadraginta libratas terre in honore Becci de Moretania. Ex dono Leonie, uxoris predicti Roberti, quinquaginta solidatas apud Wimonvillam ; ex dono Willelmi de Stutevilla, viginti duas libratas terre apud Cruesetot, et quinquaginta acras terre apud Tilleium. Ex dono Nicolai de Stutevilla, centum solidatas terre quas Arlais de Trublevilla tenebat de eo, et quicquid habebat ex tenemento Anfredi de Campania, et in tenemento Ingulfi de Campania, et in tenemento Ricardi Hager, et in tenemento Ricardi Bertout, et in tenemento Tusteni de Vallibus. Ex dono Ricardi de Stutevilla centum solidatas de Sterlins apud Weston[am]. Ex

dono Eustachii de Grenevilla, molendinum de Fossa et dimidium molendinum Borrian. Ex dono Johannis de Mara, quicquid habebat in tenemento Willelmi Abailou et in tenemento Durandi de Monte et in tenemento Hugonis filii Helys, et sex acras terre quas Gilbertus filius Ernulfi tenet. Ex dono Willelmi de Martaigneio quadraginta solidos in molendino de Arondel in rivaria de Bevredan. Ex dono Ricardi l'Enfant, dimidium modium bladi in molendino de Petra, et homagium Hugonis de Normanvilla pro dicto molendino. Ex dono ejusdem Hugonis, viginti solidos in eodem molendino. Ex dono Johannis de Alfayo, quadraginta solidos in tholoneo de Alfayo. Ex dono Rogerii Calcensis de Becco, quatuor quarteria bladi in molendino de la Chiese, et apud Grambovillam quicquid habebat in tenemento Huberti de Valleis et in tenemento Odonis Lanchart. Ex dono Hugonis de Quesneio, totum tenementum Richardi del Marcais, et totum tenementum Hugonis de Esmallevilla. Ex dono Roberti Panchevout et concessione Vachelini fratris sui, nemus de Rivaria et sex solidos apud Fiscamnum. Ex dono Walchelini Panchevout, ecclesiam de Teroudivilla et duos modios bladi in molendino de Platea, cum duodecim denariis de taillagio, et totum tenementum Radulphi. Quentin, et novem acras terre apud Teroudivillam. Ex dono Terrici de Fovilla, totum tenementum Radulphi de Pidasne, et quicquid habebat in tenemento Guillelmi Petevin. Ex dono Wisce de Sancto Petro et concessione Walteri de Sancto Martino et Rohais de Osbervilla, sexaginta acras terre apud Touvillam, et quinque homines, scilicet Robertum le Seneschal, Hugonem Gervasium, Turstenum filium Willelmi, Ricardum le Gaillart, Godefredum filium Maugerii. Ex dono Mathei de Roncherolles, ex eadem villa viginti acras terre et unum hominem, scilicet Ricardum Kerson. Ex dono ejusdem Mathei et Walterii de Sancto Martino et Rohais de Osbervilla, ecclesiam ejusdem ville. Ex dono Willelmi Torbert, ecclesiam Sancti Martini de Poteria. Ex dono Andree de Moretania, unum hominem apud Estruetat, scilicet Hemeri Brecart. Ex dono Ricardi de Vielvilla et concessione et confirmatione Luce de Terouvilla, domini sui, viginti tres solidos apud Terovillam. Ex dono Roberti Malconduit, campum de Fossa. Ex dono Rainaldi de Paveilli, decem solidos in molendino suo de Pont Audemer. Ex dono Alani Canis, quinque solidos in molendino de Vado. Ex dono Nicolai Quernet, viginti solidos in molendino Auree Vallis apud Vellebou. Ex dono Gisleberti de Teboutot, quicquid tenebat apud Trosetot de Willelmo de Stutevilla. Ex dono Radulphi de Vesneval, quinque acras terre apud Criquetot. Ex dono Willelmi Malconducti, masuram Osberti de Estelant apud Espinevillam et duas acras terre apud Englesquevillam. Ex dono Willelmi de Teovilla quicquid habebat in tenemento Rogeri Varable et in tenemento Willelmi Teterel, et in tenemento Willelmi de Felquerol. Ex dono Rogerii de Boevilla, masuram Richardi Pincheguerre apud Guenesville et octo denarios in masura Roberti le Saine. Ex dono Willelmi de Boevilla, masuram Radulphi Faleise apud Caneium. Ex dono Hugonis Talebot, qua draginta solidos, scilicet viginti in tenemento Eustachii de Commanvilla, decem solidos apud Clavillam, et decem in manerio ipsius. Ex dono ejusdem Hugonis et Willelmi fratris sui, unum hominem apud Anshetevillam et totum tenementum ejus integre. Ex dono Roberti de Ivetot, viginti solidos apud Logias. Ex dono Guilberti Guillot, quindecim solidos apud Clipunvillam. Ex dono Alani de Bosco, decem solidos apud Logias. Ex dono Hugonis Cauvel, decem solidos apud Hayam et unum campum de dominio suo apud Dambam qui dicitur Campus Auce suspense. Ex dono Eustachii Torbert, duas acras terre apud Carpiquet et duas virgatas in proprestura foreste de Lislebona et unam masuram apud Fiscamnum. Ex dono Luce de Bosevilla, octo acras terre de dominio suo apud Bosevillam. Ex dono Eustachii de Viellville, sex quarteria avene et duos solidos apud Gangetot. Ex dono Henri de Vielvilla, viginti solidos apud Cruesetot. Quare volo et firmiter precipio quod predicta abbatia et monachi ejusdem loci omnia predicta, et quecumque alia dona juste et rationabiliter possident, habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, plenarie et integre et honorifice, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in viis et semitis, in aquis et vivariis, in mari[s]cis et piscariis et grangiis et virgultis, infra burgum et extra, et in omnibus aliis locis, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus, sicut eis rationabiliter data sunt et sicut carte donatorum quas habent testantur.

Testibus : Willelmo Filio Radulphi senescallo Normannie, Radulfo de Glanvilla, Rainaldo de Paveilli, Willelmo de Stutevilla, Anselmo de Stutevilla, Rogero Calcensi de Duno.

Apud Turones.